



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Caput ecclesiae cur Christus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

tholica nomen, quod non sine causa, inter tam
multas hæreses sola obtinuit.

CAPVT ECCLESIAE

cur Christus.

Mulieres uiris suis subditæ sint sicut do-
mino, inquit Paulus Ephes. 5. Quoniam
uir caput est mulieris: sicut Christus
κεφαλή ecclesie. Et idem 1. Corint. 11. uiri ca-
put Christus: caput autem mulieris uir: Caput
uerò Christi deus est. Hic est ille sar Salmon,
hoc est, princeps pacis: πατὴρ μελλόντων,
hoc est, pater futurorum rerum: Saluator, νεο-
γὰμ, &c. Qui multis rationibus dicitur ca-
put ecclesie. 1. Quia eminentior can. 2. sicut ma-
lus inter ligna siluarū: & Psalmographus, Psal.
88. Et ego primogenitum ponam illum, &c. 2.
Quia speciosior sole Sapi. 7. & Psa. 44. specio-
sus forma præ filiis hominum. 3. Quia potentior,
cui data est omnis potestas, influit enim sem-
sum & motū. 4. Quia sine macula, 1. Pe. 1. unde
August. Episto. 50. ad Bonifacium de moderatè
coercendis hæreticis, inquit: Ecclesia catholica
sola corporis Christi est, cuius ille caput est, sal-
uator corporis sui. Extra hoc corpus neminem
uiuificat spiritus sanctus, etc. Huius ergo ecclesie
caput Mosche l princeps et dux Christus est.

no

nos autem eius membra, 1. Cor. 12. Eph. 2. & 4.
 Col. 1. & 3. Sic etiā Thalmutista aliās Thalmu-
 dicanisti seu kalmuserani, ex Hosea uocant Mes-
 siam caput populi sui, uerba propheta sunt: ue-
 sa mu lahē Rosch Ehad, hoc est, cōstituēt
 eū unicū caput. sic iterū: Messias caput in Ie fra-
 hel est futurus: Et Eph. 1. Coll. 1. fortis fidei ar-
 gonista Christū uocat caput ecclesie. Breuiter:
 ut prēmā sum cibū in os inserā, Christus præci-
 pius est architectus, ca. et uerū fundamentū eccl.

Hosee 1.

VERECUNDA ecclesia, deipara ue-
 recundia insistens, Lu. 1. & Ecclesia. ca. 26. Gra-
 tia super gratiā mulier sancta & pudore plena.

VENUSTA & sudifica est, tota pulchra. Cā.
 4. Sed quādo erit uenusta sine ruga & macula?
 Nō quidē in præsentī, quādiu est in hac malitia,
 quā diu stat in procinctu, in acie, nō solū aduers-
 sus carnē et sanguinē, sed aduersus principatus
 & potestates, aduersus dominos mundi rectores
 tenebrarū harū, aduersus spiritales astutias in-
 celestibus, hac saucia, illac cicatricosa, obsita su-
 dore et puluere, malos una cum bonis intra sa-
 genā suā permixtim inclusos retinens. Sed facta
 tandem separatione in littore maris angelico Vide Hie.
 ministerio, accipiet illam uir suus gloriosam, nō in Hierc.
 habentem maculam, aut rugā, sed immaculatam. cap. 31.

E 4 CVPI

CVPIDA & amabilis, Helcanam quæ diligebat Annam imitans.

Submittit SVBDITA per obedientiam quam habet ecclesia, ætenuſ præſtitit & præſtabit ſponſo ſuo I E S V Christo, hinc geneſeos libro cap. 3. Mulieri Heue exprobrans transgreſſionem dominus maledixit dicens, ſub poteſtate uiri eris.

Eccleſiæ SEDULA eſt, obſeruans illud Sapientis crebritas. cap. 26. gratia mulieris ſedulæ delectabit uirum ſuum, &c. Mollit herum eccleſia, quia Cardiorum gnoscen orationibus fatigans, placat & propitiū reddit. Et ergo quia prudens diſpenſatrix miſteriorum dei eſt, S. Ambroſius lib. 3. de ſacram. cap. 1. Sanctam Rom. eccleſiam in omnibus ſequi iubet: Nā huic adſiſtit Chriſtus (in quo ſapientia doctrinæ, probitas uitæ, et diuinitas eſſentiæ) & ſuggerit omnia ſeptiformis ille ſpiritus cuius maxima dignitas eſt, ſumma potētia, immēſurabilis auctoritas, quæ neq; fallit neq; fallitur Quis ſi quis docentem corripientemq; contempſerit ut ethnicus & publicanus habēdus eſt, atq; ut D. Cypri. ſentētiæ conſonemus alienus eſt, prophanus eſt hoſtis eſt: habere nō poteſt deū patrē qui eccleſiā nō habet matrē. Hæc ergo, Chriſtiane lector, eccleſia, ſit nobis in quæſtionibus illis hodie controuerſis, in illa opinionum uarietate, ſacra anchor

anchora. Hæc sit nobis in corde, in ore, in omni
uita: Hanc penitus spiciamus, hanc loquamur, hæc
exprimamus, &c.

Ecclesiæ loquitur Stadiodro-
mus, Christus, multis modis.

Certum est eternã esse pacem, inter amas-
sibilem Nymphum & huius dilectam spon-
sam ecclesiam, nunquam dissentiunt, nunc
enim laudat *Αἰὲς ἔσται* (cuius cœlum thronus
est, & cuius scabellum terra est, inquit Aus-
gusti. de sermo. do. in mont. lib. 1. cap. 31. &c.)
genas sponsæ, labra, oculos, collum, totũq; adeo
corpus usq; ad capitis uerticem, nunc sororem,
nunc sponsam, nunc amicam, nunc unicam uocat:
Canti. 2. columbellam blandissima omnium ap-
pellatione compellat: monet huius in gremio &
sinu alumnos, ut obliuioni tradant patronos pe-
nates, Psalm. 44. uocat ad se, Matth. 11. uocat
ab omni idololatria, Ioan. 8. ut uerbum audiant,
Matth. 17. ut uerbum custodiant in hac nauis, Io-
an. 8. ut uestigijs suis insistant, & bonis operibus
studeant, Matth. 5. Luc. 1. ut ingenium Spiritus
sancti, per quem renati sunt referant, Ioann. 3.
Collo. 3. 1. Petr. 1. Breuiter monet & uocat do-

F 5 minus